



Universitätsbibliothek Paderborn

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicacionem Pagina
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Jesus Passus Per Centuriam
Modorum Meditandi passionem Salvatoris nostri illustratus; cui
accesserunt Meditationes In Passionem Domini XLVI. - Juxta numerum
dierum Quadragesimæ

Druzbicki, Kaspar

Ingolstadii, 1732

VD18 90066405

15. Considerando Horas singulas octodecim, Passionis Christi, quid in
singulis Passus Dominus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45427

mancipia miserabilem noctem transegit, usque ad lucem: postmodum, quas perpeffus est, à prima luce, primoque matutino concilio, à quo iterum damnatus, vinctusque ad Pilatum ductus, demum sine ulla quiete, perpetuò cum doloribus, contumeliis, atque improbitate hostili conflictatus est, donec horâ nonâ Spiritum Patri Æterno tradidit, tandemque de Cruce depositus ac sepultus est. Potest ad hunc meditando modum servire illa Pauli de se assertio. *Nocte & die in profundo maris fui.* Revera enim Christus in profundo mari Passionis suæ agitatus ac demum naufragium passus, à ceto mortis, tanquam Jonas, absorptus fuit: ut verè per Prophetam prædixerit. *Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me. Et. Circumdederunt me aquæ usque ad animam: abyssus vallavit me, &c.*

1. Cor. II. 25.

Jonæ 2. 1.

Ps. 68. 3.

Jonæ 2. 6.

MODUS XV.

Decimus-quintus Passionem Domini meditando modus, proximo vicinus est. Assumere omnes horas Passionis Christi, & expendere quid in singulis Passus sit. Numerantur universim horæ octodecim, quibus Passio Dominica duravit. Verùm ne minuta sit distributio, commode sic fieri poterit.

1. Circa mediam noctem Hortum ingressus oravit, sudavit, quievit. 2. Post medium noctis, osculo traditus, captus, ad Annam, Caiphamque deductus; reliquum noctis inter injurias spurcissimorum scurrarum insomnis transegit. 3. Manè Caiphæ, Concilioque ejus denuo præsentatus, damnatus, ligatusque est. 4. Hora prima stetit

stetit coram Pilato, examen subiit & accusatus. **Horam**
 nes, Herodi missus, ab eodem illusus, Pilato **exto** P
 missus est. 5. Horâ tertiâ flagellis cæsus, **horam**
 coronatus, ad mortem damnatus est. 6. **am** b
 sextâ seu meridianâ in crucem actus est. 7. **erreis**
 nonâ, postquam tribus horis in cruce vivus **ortis**
 orans, & lachrymans, à totoque vicissim unius **as.** In
 planctus esset, inclinato capite tradidit spiritum **radict**
 8. Circa vespertinam horam, de cruce sub **oslit d**
 manibus sublatus, conditus aromatibus, se
 tus est. Ista Passio Christi horas, quæ
 in suis canonicis horis Ecclesia Catholica se
 amissim servat, recollitque, tam in majore **Eccl**
 cio, quàm in minoribus, proinde commodè **m**
 etiam meditationi deservire hæc ipsa horæ **uplic**
 distinctio poterit. Sanctus Bernardinus **itudin**
 nensis, decem horas Passioni Dominicæ **Prof**
 gnat, cujus verba proderit hoc loco apponere **Lo**
 datura lucem supradictis. Sic igitur ait. **temp**
 „ terea dicere possumus Christum Passio
 „ Crucifixum, esse Horologium cordium **um to**
 „ giosorum, distinguens horas diei & noctis **um to**
 „ quod quidem in Horologio Achas mycercò
 „ designatur: in quo sol descendit decem **um to**
 „ quia per decem horas humiliatus est Christus
 „ pro nobis in sua Sanctissima Passione. **um to**
 „ cujus honorem decem dicuntur horæ. **um to**
 „ Completorium in honorem venditionis **um to**
 „ cundò dicuntur matutinæ, quæ distinguunt **um to**
 „ in tres nocturnas: in rememorationem **um to**
 „ injuriæ, quæ facta est ei tribus locis in illam **um to**
 „ cte. Scilicet in Horto, in domo Annæ, **um to**
 „ domo Caiphæ, conspuendo, deludendo **um to**
 „ atque percutiendo. Quinto Laudes in **um to**
 „ mo

Tom. 3. ser. 56.
 art. 4. 3^{ta}
 part. Dom.
 Pass. 1. 4.
 Reg. 20. 10.

memoriam Criminis impositi in fine noctis. ,,
 sextò Primam. In memoriam accusationis ,,
 foram Pilato. Septimò Tertiam. In memo ,,
 iam bajulationis Crucis & Crucifixionis cum ,,
 ferreis clavis. Nonò Nonam. In memoriam ,,
 mortis & apertionis lateris. Decimò. Vespere ,,
 as. In memoriam sepulturæ, ut in qualibet ,,
 predictarum horarum mens devota sentire ,,
 possit dulcedinem Dominicæ Passionis.]

MODUS XVI.

Secimus sextus meditandi Passionem Dominicam, modus est: Expendere quadruplicem dimensionem Passionis ipsius, Longitudinem scilicet, Latitudinem, Altitudinem & Profunditatem.

Longitudo Passionis Christi, spectari potest *Vide Bellar. de gemitu columbae lib. 2. c. 3.*
 tempore, quo duravit. Duravit autem, primum toto vitæ ejus tempore, ab instanti conceptionis: Quia enim ab illo puncto, perfectissime cognovit omnia, quæ passurus erat, earumque semper presentia ob oculos mentis habuit, propterea circum omnibus & singulis vitæ momentis cruciatus est acerbissime: adeo, ut non nisi per miraculosam potentiam impediretur in eo effectus hujus cruciatus interioris, qui connaturaliter tale esse totâ vitâ ejus debuit, qualis fuit semel in die mortis, quando tristis fuit ejus anima usque ad mortem, & quando factis in agonia sudavit sanguinem. Id ipse Dominus expressit aliquando, in illam dixit, *Baptismo habeo baptisari, & quomodo cruciabor usque dum perficiatur?* Item. *Ecce ascendemus Hierosolymam, & filius hominis tradetur.* In deinde, actualis Passio Domini, in quibus Dominus

Luca 12. 50.

Luc. 18. 31.